UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

258. Ut Episcopus in alterius Episcopi parrœchia ordinationem non faciat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Visual Library

Helmæſtadienſi & Pariſienſi. Nos, cùm nihil certi nobis occurreret quod reponeremus, nihil temerè præſumendum cenſuimus. Si quis tamen hunc hiatum ſuppleri deſiderat, utatur capite XXXIII. *Concilij Carthaginenſis quarti.*

Ut Epiſcopus in alterius Epiſcopi parrœchia ordinationem non faciat. *Ex Concilio Antiocheno.*

CCLVIII. Epiſcopus alienam civitatem, quæ non eſt illi ſubjecta, non adeat, nec ad poſſeſſionem accedat quæ ad eum non pertinet, nec ordinationem ibi faciat, niſi fortè cum conſilio & voluntate regionis Epiſcopi. Concil. Antioch. c. 22. Burchard. lib. 1. c. 71.

Ut nullus Presbyter aut laicus pœnitentem invitet vinum bibere aut carnem manducare. *Ex Capit. lib.* 1. *tit.* CLI.

CCLIX. Ut nullus Presbyter aut laicus pœnitentem invitet vinum bibere aut carnem manducare, niſi ad præſens pro ipſo unum vel duos denarios juxta qualitatem pœnitentiæ dederit. Lib. 1. Capitular. c. 157.

Ut nullus Presbyter cartas ſcribat. *Ex eodem.*

CCLX. Nullus Presbyter cartas ſcribat, aut conductor ſui ſenioris exiſtat. Lib. 1. Capitular. c. 158. Riculf. c. 15.

Ut nullus, contempta minore Eccleſia, ad potiorem aſpiret. *Ex ſynodo Meldenſi.*

CCLXI. Si quis de ordine ſacerdotali, contemptu minoris Eccleſiæ, ambitioſè & im- Concil. Meld. c. 30. Burchard. lib. 3. c. 48.